

π h

672



FH.13
18



II h
672

PALLADII FREIBERGENSIS
PATRONOS, FAUTORES, AMICOS,
VIROS
OMNI VIRTUTUM, OMNI LAUDUM
GENERE UNDIQVAQVE
FULGENTISSIMOS

AD
ORATIONES TRIUM COLLEGARUM
INAUGURALES

ea
quã potest atq; debet
submissione, observantia, obtestatione
in diem Iduum Augusti hor. 8.

invitat
M. JUSTUS Gottfriede Rabener /
Gymnasia illius Rector.

Freibergæ, excudebat ZACHARIAS BECKERUS.



Mon. Rabener





CAmpos Elyfios, sedem beatorum, nemo est tam miser in literis, quin fando acceperit. Nullus enim Poëtarum, aut Geographorum veterum est, qui illorum mentionem non alicubi faciat. Vitam etiam venturi seculi sub his pampinis latere dubium planè nullum; id saltem in ambiguo, unde hæc inter gentiles fama percrebuerit, & quonam loco collocanda hæc fortunata nemora. Dividunt se quippe hîc in multa sententiarum divortia omnium fermè seculorum eruditi, & assensum nostrum suspendunt potius, quàm ad se trahunt. Et origo quidem totius fabulæ vel ex traditione Patrum (Elischæ imprimis, si Beroaldo credimus, quem Javanis filium Moses Gen. 10. v. 4 Æolum parentem Josephus lib. 1. Archæologias cap. 7. memorat) vel lectione Sacræ Scripturæ, vel Diaboli κακοζηλία repetenda, simiæ instar nostra mysteria non rarò inter idololatrias imitantis. Nec abnuerim ex reliquiis imaginis divinæ, etiam illud mansisse in conscientiiis hominum, quod vel pœnas, vel præmia pro meritis expectent: quæ ex re facile & Fortunatæ insulæ, & inferorum supplicia fabricari potuerunt. Et, quoties funestus ille animarum prædo ἐπ' αὐτοφόρῳ deprehensus sit, jam alii post Dilherrum ostendère. Nobis autem potior cura in locum τῶν μακάρων inquirere; quod priusquam aggredimur, operæ pretium facturi videmur, si de natura loci nonnulla prælibemus, cujus primam mentionem Homerus videtur fecisse Odysseas Δ. sub Protei persona ita canens:

Ἄλλα σ' ἐς Ἡλύσιον πεδῖον καὶ πείρατα γαίης

Ἀθάνατοι πέμψουσιν, & mox sequentibus:

τῇ περὶ ρήσιν βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,

οὐκ ἔστιν ἄλλ' ἄρ' χειμῶν πολὺς, ἔτε ποτ' ὄμβροσ;

Ἄλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνεύοντος αἴητας

ὠκεανὸς ἀνήσιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Quem Hesiodus sequitur Operum & Dierum I. v. 169.

Ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' ὠκεανὸν βαθυδίην

Ὀλβιοὶ ἦρωες* τοῖσι μελιθήα καρπὸν

τρεῖς ἔτεες θάλλοντα φέρει ζεῖδωρ' ἄερα.

Et longo deinde ordine reliqui Poëta, velut oves vervecem, qui, quoniam fidem jamdudum decoxere, non adeò nos morantur. Gravior longè Geographorum atq; Historicorum autoritas, quorum omnia adducere esset Crispini scrinia compilare. Instar omnium sit Plutarchus in Sertorio, & Natalis Comes lib. III. cap. 19. Mythologiæ. Ubi autem quærendæ sint illæ, non una omnium anti-

antiquorum mens. Ut enim eos non memorem, qui ultra fixarum Sphæram, aut circa lunarem globum, aut in medio inferorum extra terrarum orbem collocant; nec eos audiam, qui Gades, Hispaniam, fluvium Bætin huc trahunt, Canariæ imprimis & Cassiterides laudantur, utraq; Plinii, Melæ, Plutarchi, Strabonis, Ptolomæi testimoniis subnixæ, in quibus omnibus tamen hodie nullum vestigium pristinæ fertilitatis comparet; sed ^{הוּן הַן} ille, aut nemus DEI, (unde quidam Elysi horti nomen traxere,) nimis quàm desolatus. Cùm enim Canariæ post multorum seculorum oblivionem, Anno 1402. vel 1334. aut 1346. (variant enim Historici) ab Hispanis iterum inventæ fuissent, paucis regionibus ubertatis laude conferendæ, nullis præferendæ erant. Testatur Aloysius Cadamustus cap. 8. miseriam insularum istarum. Ex quibus apparet mentitos fuisse veteres, quicumq; seculus tradidit. Nec est, quod temporis longinquitatem mihi quis objiciat, & potuisse tot seculis exspirare tam felicem ubertatem. Ne Germaniam quidem nostram Taciti tempore tam fœcundam fuisse, & hodie laudatam olim Judææ felicitatem in arenas steriles desisse. Novi enim, quid ibi cultura accedens, hinc maledictum DEI efficere potuerit. Sed, ut semel dicam, quod sentio. Tantæ beatitatis fama (sive ex Paradisi laude, sive futuræ vitæ felicitate ortum traxerit) primùm in Fortunatas insulas incubuit ex Homeri versibus, qui ad fines terræ invidendam hanc prosperitatem relegavit. Sapienter oppido! sic enim mendacii sui optimè consuluit securitati. Et, quia Hispania tùm temporis ultima orbis cogniti, ad fluvium Bætin primò, deinde in Gadibus, postremò in Fortunatis insulis rumor ille substitit, &, quoties à nautis ad ulteriora processum, gradum promovit. Inde factum, ut Plinius jam certiora & minus magnifica de Insulis istis retulerit cap. 32. lib. 6. nec incommoda quidem à balænis putrescentibus disimulans. Postquam autem fabulæ hæ ex Canariis etiam abactæ, alius scilicet locus exilio circumspiciendus erat. Quo factum, ut ingenti saltu in septentrionem Britannicum, ipsasq; Cassiterides transmigrarent (insulas dicam, an scopulos ambigo.) Angli Sorlinges hodie vocant. Compendium nugarum qui & hinc facere velit, adeat Natalem Comitem Mythologiæ lib. III. cap. cit. Sed nec hic quidem diu substitere mendacia, veritate per Romanorum expeditiones ad illas etiam gentes propagata. Ut scilicet alexipharmaca ad exteriores corporis partes venena propellant: sic veritas fabulas è latibus suis extrahit & fugat. Sed nec intra occidentem quidem ista mentiendi libido substitit. In Scythico enim Septentrione Hyperboreos finxit, & Arimaspiam civitatem

PA Th 679

tatem Aristæas quispiam Proconnesius, quorum beatam vitam si legas, sacramento contendas ex Fortunatis eò transvolasse. Vide Plinium, si placet lib. IV. Nat. Hist. cap. 12. Urfinum in Zoroastre sect. 8. Sed num quid simile ad meridiem tentavit hominum vanitas? Ita persuadet Jamboli Insula, quam Diodorus Siculus, non ultimi aliàs commatis Historicus circa finem lib. II. integris sex capitibus describit, & superioribus Seculis Ferdinandus de Quir Hispanus recoquere fuit ausus. Quid de Paradiso ad orientem Indiæ Johannes de Monteville lib. IV. Itinerarii, nec non Algeri Dani expeditiones referant, memorare piget, ne ægrè faciam tam putidis narratiunculis prudentiorum auribus. Atq; adeò fabula hæc de beatorum sede totum terrarum orbem circumvagata, ad instar S. Brandanis insulæ, quæ ad ideam vitæ beatæ composita à Monacho quodam ab aliis in Atlanticum, ab aliis in Indicum Oceanum collocatur: à multis visa, sed inaccessa, quia dispareat iterum. Vide Vossium ad Melæ lib. III. cap. X. Ego a, finio verbis Clementis Alexandrini lib. IV. Stromatum. *Hyperborea & Arimaspiæ civitates, & campi Elysi justorum πολιτεύματα sunt, cujus etiam exemplum in cælo positum Platonis πόλιν esse scimus.* Unicum restat, ut cujus gratia tam longum sermonem exorsus sum, eloquar. Solenni quæpiam oratione novas cathedras, nova munia inauguraturi Viri Clarissimi M. TOBIAS LIEBIUS ConRector, M. JOHANNES FRIDERICUS JUNGERUS, Collega Tertius, JOACHIMUS ERNESTUS SPANIUS, Cantor favore vestro & præsentia opus habent, non tam Freibergæ nostræ quàm virtutum & literarum Antistites atq; Præstites Summè Reverendi, Nobilissimi, Excellentissimi, Consultissimi, Clarissimi. Hanc si vel sola argumenti pietate ambivero, nihil peccavero. Unus quippe Augusto Principi verè Augusto, cujus heu nuper defuncti Natalem cras primum sine illo agimus, parentabit, alter insignia hujus urbis arguta oratione, tertius causas corruptæ hoc seculo nostro Ecclesiasticæ Musices explicabit. Agitur, ut videtis, honor Dei, Serenissimæ domus, clarissimæ patriæ, cui vos non alia modo, sed & negotia posthabitueros persuasissimum habemus. Perscrib. pridie Idus Augusti 1680.



1077

ME

fi
le
re
a-
on
a-
ur
n-
ri
m
la
ad
ta
m
at
bis
bie
elo
m
a-
mi
ES
IS
a-
n-
fi-
te
rè
llo
er-
x-
fi-
er-

Pon Th 672, FK

ULB Halle 3
004 516 427



f





FK.133
18

Campi Alysii, etc.
beatorum, ubi?

II h
672

PALLADII FREIBERGENSIS
PATRONOS, FAUTORES, AMICOS,

VIROS

VIRTUTUM, OMNI LAUDUM
ENERE UNDIQVAQVE
FULGENTISSIMOS

AD

ESTRIUM COLLEGARUM
INAUGURALES

ea

quã potest atq; debet

one, observantia, obtestatione

in diem Iduum Augusti hor. 8.

invitat

USTUS Gottfriede Rabener /
Gymnasia illius Rector.

erga, excudebat ZACHARIAS BECKERUS.



Mon. Sch.

